# LIBER PRIMUS

SAEPE ET MULTUM HOC COGITAVI MECUM
bonine an mali plus attulerit hominibus et civitatibus
copia dicendi ac summum eloquentiae studium. Nam cum et nostre
rei publicae detrimenta considero. et maximarum civitatum veteres an
mo calamitates colligo. non minimam video per disertissimos
homines invectam partem incommodorum. Cum autem res ab nostra
memoria propter vetustatem remotas ex litterarum monumentis repe
tere instituo. multas urbes constitutas. plurima bella restincta.
firmissimas societates. sanctissimas amicitias intellego.
cum animi ratione tum facilius eloquentia comparatas.
Ac me quidem diu cogitantem ratio ipsa in hanc potissimum
sententiam ducit. ut existimem sapientiam sine eloquentia
parum prodesse civitatibus; eloquentiam vero sine sapientia
nimium obesse plerumque prodesse numquam. Quare si quis
omissis rectissimis atque honestissimis studiis rationis et
offici consumit omnem operam in exercitatione dicendi. is
inutilis sibi perniciosus patriae civis alitur. Qui vero ita
sese armat eloquentia. ut non oppugnare commoda patriae.
sed pro his pugnare possit. is mihi vir et suis et publicis rationi
bus utilissimus atque amicissimus civis fore videtur. Ac si vo
lumus huius rei quae vocatur eloquentia. sive artis initium.
sive studii. sive exercitationis cuiusdam. sive facultatis
ab natura profectae considerare principium. Reperiemus id ex ho

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
ZENTRALBIBLIOTHEK ZÜRICH KANTONS-, STADT- UND UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Zentralbibliothek Zürich
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/zbz_msc132/0004